nente eadem bonitate et quantitate materiae, quam intra monetam estimatur vulgo vocant, ut ecce apud nos aureorum, quos escudos dicimus valor et estimatio cuius olim esset quadringentorum marapetinorum ex leg. 13. tit. 21. lib. 5. compilationis postea auctus est usque ad summam 440 marapetinorum ex leg. 16. tit. 21. lib. 5. compilationis sic similiter hodie valor aereae monetae diminutus est usque ad dimidiam estimationis, quam ante habebat ut ostendit necessarius Regia pragmatica publicata novissime Madriti hoc anno 1628. in similibus speciebus, quae monetae valor augetur, aut diminuitur, ut discerne cognoscatur ad creditorem an ad debitorem incrementum, aut decrementum estimationis mutatae monetae pertineat duo casus distinguendi sunt. I est. quoties in obligatione deducta erat certa monetae species veluti centum aurei in eisdem aureis speciebus solvendi, aut centum in moneta aerea, cuius estimatio extrinseca aucta postea, aut deminuta est, hoc enim casu si quam promittit monetam debitor accepit ita ut eandem restituere praecise cogi possit iuxta tradita supra nu. 8. et 9. plane eundem semper aureorum numerum, aut aereae monetae restituendum creditori debere, sive estimatio monetae promissae extrinsecus creverit; sive decreverit, ut proinde si estimatio extrinseca tempore solutionis diminuta sit, damnum sit creditoris, qui centum in speciebus monetae, quam dedit accipere cogetur quamvis nunc tanti non sint, quanti olim erant tempore contractus, et e contrario si monetae promissae valor augeatur commodum sit creditoris, cui semper idem numerus aureorum vel alterius monetae in obligatione deductae solvendus est quamvis hodie pluris sit, quam fuerat tempore contractus, veluti si ponamus annui reditus sortem principalem ab initio constitutam esse in centum aureis, qui contractus tempore estimationem habebant quadringentorum marapetinorum ex leg.

13. tit. 21. lib. 5. compilationis. pactione adiecta redimendi census in ea
de aureorum speciebus; in hoc casu si tempore redemptionis aureorum
estimatio extra creverit usque ad summam 440. marapetinorum ex
d. lege 16. tit. 21. lib. 5. compilationis solvendis esse dicto creditori centum
aureis, quos dedit etsi nunc maioris estimationis sint, quoniam
etsi estimatio minuta esset debitor eis redditis liberaretur. ita resol
vunt late Antonius Sosa de monetis. casu 24. Antonius Fabr.
de variis nummariorum debitorum solutionibus c. 8. Narbona in lege
21. glosa 1. nu. 19. tit. 21. lib. 5. compilationis. sed etsi certa monetae s
pecies promissa sit eamque non eandem debitor acceperit, quamvis hoc casu
in alia qualibet moneta quantitatem debitam solvi posse salva ra
tione premii permutationis iuxta pragmaticam, cuius memini
mus supra nu. 9. quod tamen attinet ad mutationem estimationis
extrinsecae, quae in moneta promissa sequuta est. planè tempus con
tractus inspiciendum esse et proinde sicuti superiore casu ita in hoc
sive diminuta estimatio sit, sive aucta damnum et commodum ad
creditorem pertineat. ita sentiunt Antonius Sosa d. casu 24.
Thesaurus de augmento monetae 2a part. nu. 58. planè si mone
ta in obligatione deducta tempore contractus estimata et taxata
sit, veluti centum aurei estimati certis marapetinis verissimum est
estimationem hanc attendendam esse, quae contractus tempore facta est.
argumento ex lege Rutilia Polla 69. § imperatores 1. ff de contrahenda
emptione, et ideo quamvis postea solutionis tempore moneta promissa plu
ris vel minoris estimetur solvenda tamen est creditori iuxta estima
tionem taxatam tempore contractus. argumento ex lege plerumque 10. ff de iure dotium

ff. periculi. §. mancipia ff. soluto matrimonio. Docent Covar. in collat. veter. numismatum c. 1. §. unico. nu. 5. Antonius faber. de variis nummariorum debitorum solut. c. 2. Narbona in d. lg. 21. glosa 1. nu. 13.

2º casus est quotiens certum monete genus debitor accepit a creditore sine speciali pacto in eadem moneta solvendi, et ea postea Principis edicto mutata est, vel incremento, aut decremento extrinsece estimationis, quo casu tam in mutuo et dote, quam in empt. et annuis redditibus tamen est solet inspiciendum et et... si debitor in mora non fuerit lucrum augmenti, et damnum diminutionis ad creditorem pertinere, qui eundem in speciebus monete, quam dedit aut in aliis usualibus accipere cogitur, etiam si nunc tanti non sint, quanti tempore contractus erant et e converso eandem certum accipit etiam si maiorem nummum nunc efficiant, ut arguitur ex lg. 2. C. de veteris numismatis potestate lib. 11. docent Covar. et faber ubi supra c. 5. Sola d. casu 24. nu. 4. Budelius de monetis c. 2. nu. 23. et sequentibus Tesaurus ubi proxime nu. 52. et 6. post multos Narbona in d. lg. 21. glosa 1. nu. 7. Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. quest. 15. nu. 92. Robertus lib. 1. rerum iudicatarum c. ultimo et lib. 4. c. 18. mihi tamen verior videtur aliorum sententia existimantium contractus tempus inspiciendum esse et ideo commodum et incommodum mutationis ad debitorem pertinere qui semper quamtitatem numerorum quos accepit veteri certum reddere debet iuxta estimationem quam habebant tempore contractus etiam si nunc diminuto valore extrinseco speciebus nummis opus sit ad eam summam implendam, et e contrario si valor creverit solum quantitatem auctam, quam vis nunc paucioribus nummis efficiatur restituere cogitur, ut rectissime resolvunt post Panormitanum et alios Ins. quamvis ex. extra de iure iurando Ill. Somanus illustrium quest. 5. noster Pasthius var. collect. 1. part. 4. in princ. ... et alii a

Ad lo. Paulus 99.

Narbona ubi supra nu. 5. Fachineus et probat in l. 3. mo
dinor. 102. ver. 10. lg. 2 vers. yen quanto alos contratos nº. 13 lib. 5 com.
ubi Matienzo glosa 8. nu. ultimo, idq. extra controversiam omnium est quo-
ties monetæ ampla quantitas non reducitur ad certam speciem nummorum con-
veluti si ponamus centum ex his quos ducados vocamus aureos esse
in moneta area, cuius postea æstimatio minuta est per pragmaticam, cu-
meminimus quia cum nullus certus apud nos nummus sit qui vocetur du-
cado a parte obligationis est generalis, et ideo debitorem eadem summam centum
ducatorum in moneta nova solvere debere quia diminutio, quæ contin-
git in valore areæ monetæ considerari non potest. Tradidit et Bu-
dellus de monetis. c. 2. nu. 29. Menochius cons. 49. nu. 15. lib. 1. Sed
omnia vera sunt nisi creditor, aut debitor in mora fuerit quominus quanti-
tatem debitam ante mutationem acciperet, aut solveret, quo casu ad eum semper
periculum spectat qui moratus est ut fatentur præter omnes laudatos Tho.
in collat. veterum numismatum. c. 7. § 1. nu. 4. Tesaurus ubi supra nu. 5.
Quæ sufficiant pro sensus mei expressione et dubii prædicti circa
pragmatica elucidat. Omnia in laude Dei Omnipotentis. Et

In. abso. pacea. corrupto.

Salmantica

Ioannes ... 377.

AD RUBRICAM codice de in officioso testamento.

N. 1.

Naturali ratione parentum hereditas filiis debetur. l. cum ratio ff. de bonis damnatorum, l. scripto herede. ff. unde liberi et parentes illis relinquere solent ut eos plus quam se ipsos diligant. l. ... sibi quidem. §. ultimo. ff. de eo quod metus causa ex naturali erga liberis omni param, ut ex Casiodoro Seneca et aliis tradit Solorzano. lib. 2. de parricidii crimine cap. 10. unde exheredatio, qua pater filium privat hereditate non nisi ex magna causa consequitur: omnia enim tentare pater debet antequam ad remedium exheredationis exheredationis accedat, quae patriae potestatis fulmen appellatur, ut ex Quintiliano tradit Solorzano dicto lib. 2 de parricidii crimine cap. 8.

N. 2.

Ex quibus fit quod si pater sine iusta causa exheredasset iniuste fecisse existimabatur et eius testamentum appellabat inoratum, ut ex Suetonio Tranquilio in Caligula adduxit Osualdus in notatis ad Donelum lib. 1. commentariorum cap. 4 litt. Y, et plenum furoris, ut de Elucia tradit Valerius.

Ad[illegible] in [illegible] quoniam [illegible]

lerius Maximus lib. 7. Historia cap. 8. referente Osualdo dicto cap. 4. Cum vero filius exheredato querella inofficiosi testamenti dabatur, de cuius effectu infra videbimus.

Sed quo iure haec querella inofficiosi testamenti inducta sit ingens controversia est inter interpretes. Camillus, et Clausius in rubrica. Cod quia ad nu. 40. iure Praetorio originem querellae tribuit, quae refellit Osualdus. dicto cap. 4. Cuiacius 2. observationum cap. 21. et lib. 3. cap. 8. et lib. 14 14. et lib. 24 quaestionum Papiniani in lege nam et si parentibus hoc titulo affirmat querellam legis via inductam fuisse. sequitur Angelus Matheacius lib. 2. de via iuris. cap. 25. nu. 19 Borcolten in princi pio insti. hoc titulo, et alii relati ab Osualdo ubi supra. qui moventur ex eo quod in pandectis Florentinis in inscriptione, seu epigraphe legis 4 de hoc titulo sic legatur. Caius lib. singulari ad legem Titiam. Quae opinio levissimo fundamento nititur, nam inscriptio dictae legis 4 varie legit in aliquibus pandectis proiectis verbis. Caius lib. singulari ad legem Titiam reponitur, et Maximus ad legem Falcidiam, alibi vero ad Titiam testatur Loinerius Varro in dicta lege 4 de inofficioso testamento. Ant. Augusti de legibus ad legem Titiam. pag. mihi 65. epigraphes [illegible]

illius textus mendosum esse asserit, et Cuiacius mul
tis argumentis convincit.

Cuiacii igitur opinione reiecta, ex aliis aliorum
interpretationibus dicendum est inofficiosi testamenti que=
rellam Populi Romani consuetudine inductam fuisse; i
nanque exheredati liberi coram iudicibus petere cape=
runt testamenta rescindi, ex a iudicibus concessa sunt. pos
tea in mores abiit, deinde consuetudo legibus fuit com
probata, ita ut iam iure certo, et scripto conveniat, ut
ex nostro titulo, et ff. et inst. eodem satis constat. ita Violi
in rubrica huius tituli. Hortensius in principio eiusdem tituli
Ottomanus ibidem et in dictis §. de 4a legitimaria. cap.
i. nu. 2. Donellus. lib. 19 comment. cap. 4. Castillo
quotidianarum controver. cap. 19. nu. 13. Iulius Pacius
lib. 3. Methodi ad caput 27. nu. Pro qua
opinione expendo textum in lo. §. hoc titulo, et ob=
tinere assidue soleant. Ubi verba assidue soleant
denotant factum, usum, et consuetudinem. 2o expen=
do etiam textum in lo. non putavit ff. de bonorum
possessionibus contra tabulas. Ubi iurisconsultus Papinianus scribit
filios exheredatos nec pretorio, nec civili iure admit
tendos. Ubi iam civile pro iure civili scripto recte ac=
cipit Pacius dicto cap. 2. lo. 7. de iustitia et iure.
Quo sine iure pretorio nec civili scripto querella
inofficiosi testamenti introducta est, necessario fatendum est consuetudine P. R. originem habuisse.

Ratio autem inducende querelle inoffi=
ciosi

N. 4

N. 5

Ad text. in lo. quoniam in rab.

ciassi testamenti ea fuit ne filii sine causa debita successione parentum fraudarent, ut consideravit Iurisconsultus in lo. 4. ff de inoff. testo. Cui malo necessario succurrendum fuit, etiamsi testamentum validum sit nec possit impugnari quibus cavetur ultimas morientium dispositiones inviolabiliter observandas. lo. verbis lo. 120. de verborum significatione quidam color quaesitus fuit, ut possit filius exheredatus testamentum paternum agere, qui eum exheredavit sine iusta causa quasi furiosum fuisse. lo. 2. et lo. Postia. 13. lo. si mater. 19 vers. praeterea testo. principio inst. eodem. Cuiacius in lo. 2. de inoff. Petrus Gregorius de testo. nu. 3. neque enim dicat filius exheredatus patrem furiosum fuisse iure, sed quasi furiosum, quia si vere fuisset furiosus, testamentum nullum est iuxta notissima iuris principia.

Ex superioribus igitur apparet inofficiosum testamentum illud dici quod in se quidem iure valet, contra officium tamen pietatis factum, ea persona indigne exheredata vel praeterita, cui legitima quaedam portio ex bonis testatoris debetur. Iulius Clarus dicto lib. 3. testo. 28. cap. 28. cap. 1. Verbum praeterita in definitione intelligendum est de praeteritione quae exheredationis instar habet ut praeteritio filii a matre facta, vel nepotis ab avo materno § ultimo. inst. de exheredat. liberorum, nam praeteritio filii familias a patre facta nullum reddit testamentum lo. inter caetera et similibus de liberis et posthumis.

2 inqui

N 7

2o apparet querellam inofficiosi testamenti esse
quoddam remedium extraordinarium competens iure ex
heredatis ad rescindenda testamenta inofficiosa di=
cimus extraordinarium remedium, quia illi qui poss. ve=
nire alio iure ad hereditatem de inofficioso testamento non
poss. agere. § tamen aute hoc tit.o Donellus lib. 19 comm.
cap. 4. Coveanus lib. 1. vari. lectionum cap. 5. Osual
dus in notatis ad Donellum dicto cap. 4. litt. m. 2a
Vbi sembecdius inst. hoc tit.o imo merito de querella vl=
timum adiutorium dr. in l. vltima. cod. de iure deliberandi
et ex eo remedio exheredati implorant iudi
cis officium, vt testamenta inofficiosa rescindant, sive
filii sint exheredati a parentibus sive parentes a filiis
nam et parentibus debetur filiorum hereditas. l.
nam etsi parentibus. ff hoc tit.o, sive frater sit a pa
tre exheredatus dummodo nunc turpis persona non
fuerit heres instituta l. fratres. infra hoc tit.o prin
cipio inst. eodem. Harpreeus lib. 6. obs. cap. 2.
Donellus lib. 19. comm. cap. 4 Pacius [illegible] lib. 3.
methodi. cap. 4. nu. 17.

N 8

Diximus supra de origine et ratione inducendae que
relle et quibus competat videamus nunc de effectu qui talis
e testamento rescinditur rescisso res ab intestato causam
devoluit ac perinde habet ac si testator testamenti fac
tionem non habuisset. l. Papinianus 8. §. penul.
ff.

Ad textu in l. g. quonia inreb.

lo. qui repudiantis. 17. ff. hoc tit. et filius exheredatus habit idem ab intestato, quod habiturus esset. Fachineus dicto lib. 3. cap. 7. nu. 54. ff.

Querella inofficiosi testamenti non e petitio hereditatis, ut falso putarunt Cumanus in lo. filia §. lucius nu. 1. de legatis 2° Viglius inst. hoc tit. nu. 6° distinguit namque querella a petitione hereditatis ut causa a causato, quemadmodum institutio heredis non e petitio hereditatis, sed causa petendi, ita et querella preparatoria e ad petitionem hereditatis, convincit q. error Cumani et aliorum i° ex eo quod querella inofficiosi testamenti lapsu quinquennii s. pi. licet. lo. si quis filius, infra hoc tit. [illegible] causa non est. lo. Papinianus. §. penul. ff. hoc tit. sed petitio hereditatis 30 annis durat. lo. hereditatis. cod. de petitione hereditatis. lo. hereditatem. C. in quibus causis in integrum restitutio non e necessaria. o querella inofficiosi multum differt a petitione hereditatis. 2° convincit quia petitio hereditatis datur heredi contra eum, qui nullo titulo possidet. lo. regulariter ff. de petitione hereditatis. lo. 2. cod. eodem. sed querella inofficiosi testamenti datur exheredato contra heredem. dicta lo. Papinianus. § si conditioni. ff. de inofficioso testamento. Ant. Faber. lib. 17. coniecturarum cap. 1. o querella distinguit a petitione hereditatis,

nec minus dum est querella actus esse, ut recte scribit doc-
tissimus Gisbar[illegible] in § hoc 4°. nu. 13. qui late trac-
tat numeris antecedentibus utrum querella inofficiosi tes-
tamenti hodie locum habeat attento iure nostro Regio.
et cum his finitur rubrica.

AD LEGEM QVONIAM in prioribus. C. de inofficioso test° commentum atque declaratio.

N. 1.

Quae et fama celebrem nostra lex quoniam in prioribus, eiusque decissiones miris magnisque laudibus merito omnes interpretes extollunt ut ex Seq. p. Balb. cons. 145. constat quippe qui eius materia famossa plures continet difficultates, ut Baldi. in presenti in additionibus ad Rodericum Suarez affirmat ipseque Suarez testatur in suis legis prologo. valde utile esse quotidie in practica versari, ab eius principiis questiones arduissimas et quotidianas in materia successionis, tam in maioratibus, quam in aliis bonis quae vinculantur deribari, et tam in consulendo quam in iudicando, varia dubitatissimaque negotia esse occurrisse. Quare rei publicae utile iudicavi [illegible] commentari legem, quod licet in polito sermone, ut testatur Osualdus ad Donellum lib. 19 comm. cap. 4. recte fecit.

Quam

Ad text. in leg. quoniam

N 2

Quam nra lex preter ordinarios exornant. Hildenius lib. 2. obser. pract. obser. 119. Otomanus in disp. de quarta legitimaria. Cenaius comm. cap. 10. Antonius Gabriel. lib. 6. communium concl. 4 de legitima. concl. 1. Vergius. q. 87. Groisferus. novel. 18. iustiniani cap. 3. Iulius Pacius in methodicis ad codicem lib. 3. tit. 28. cap. 6. Gomez in lo. cum Baronus elegantis i. Menchaca de successionum creat. lib. 2. § 10. Costa lib. 1 selectarum. cap. 1. nu. 34. et in lo. Gallus. § et quid si tantum. nu. 474. de liberis et posthumis. Tiraquellus. si pater verbo iure certo ex ra. de testamentis. Covarrubias in cap. Rainaldus de testamentis in decretalibus. Molina lib. 2. de primogenitis. cap. 1. a nu. 20. Mieres 1a p. de maioratibus. q. 10. Ordoñez in lo. si pater anu. 11. de institutionibus et substitutionibus. Molina de iustitia et iure. tract. 2. disp. 179. Picardo in rubrica inst. de vulgari nu. 53. et in §. conditiones. nu. 6. inst. de verborum obligationibus. Gregorius lopez in lo. 9. tit. 4. part. 6. verbo valdria el testamento. et Tapius in lo. 11. dicto tit. 4. Donellus dicto lib. 19 cap. 4. et laudatur ab Osualdo in notatis ad eundem Donellum eodem lib. et cap.; licet. N. nrum o textum ut eius elegans decisio percipi possit explicemus, sed eius q. sensus audiamus.

N 3

dicimus o iure inofficiosi querelle non tantum ex 3c redatio filio dabatur sed instituto si in tota legitima eidem non fuisset relicta etiamne. lex Despania neque

quo

§ quoniam autem et § 4. l. si non mortis 25. ff. eod. tit.^o l. cum quaeritur. cod. eodem. Costa in l. Gallus. § et quid si tantum in 1.^a parte nu. 5. Suarez in emendationibus ad Zoenesium lib. 3 nu. 1. Petrus Gregorius lib. 44. syntagmatum. Donellus. lib. 19. comm. cap. 4. ea ratione quia inofficiosi testamenti querella filio propter paternam impietatem quando exheredavit, dabatur, quae impietas pater debat quando filio integram legitimam non relinquebat, quod quidem ius iuri imperatoris iustiniani nostris legibus emendatum est l. omnimodo. 30. cod. eod. tit.^o quam iniquum esse male contendit Ant.^o Faber de erroribus pragmaticorum. deca. de 14. error. 8. ea namque dicta l. omnimodo et similibus cavet inofficiosi testamenti querellam in bonis testatoris filiis et reliquis personis, quibus legitima debetur non dare si illis integra legitima non relinquatur, sed debere ad dicta legitimae suplementum agere per exempliora. Filio autem de legitima patris debebantur quinquaginta tantum et relicta ss. non potuit petere, querella inofficiosi paterni testamenti rescindi, sed ut legitima suppleatur, in eo quod etiam praestent ubi testant. Here...aco desucessionis ereat. § 10. nu. § 14. Donellus ubi supra Gregorius lo. pez in l. 5. tit.^o 8. parti. 6. Cuiacius lib. 4. senten. Pauli. tit.^o 5. vers. si filius. Spino de testamentis. glos. 87. principali. nu. 32

Itaque

Ad quintum quoniam

Filiis enim indicta l. omnimodo. ex ea ratione, quia iure antiquo fiebat quod quando pater filium instituisset, et non integram sibi legitimam reliquisset testamentum per inofficiosi querellam rescissum testantis defraudabatur voluntas, qui ipsi filium non fuit impius, et licet eo fuerit animo ut filio legitimam integram relinqueret, nec ullam iniuriam inferret errabit tamen in suo patrimonio estimando et se minus habere in bonis, quam habebat putans ideo ampliorem summam filio non reliquit, quare noster Imperator Iustinianus indicta l. omnimodo testatoribus et filiis prospexit, testatoribus ne eorum rescinderent testamenta, filijs, ut suam integram legitimam acciperent. videndus Ant. Faber de erroribus pragmaticorum. dicta decade 14 error. 8. ubi reputat ad legitimae supplementum actionem ex testamento filio competere quasi ex testatoris voluntate succedat qui multo libentius siquidem hoc existimaret filio integram legitimam relictam esset quam ut eo preterito ne testamentum suum rescinderet. quasi hoc is non cavens, quae opinio verior est quam alia Salicetus. Pauli de Castro et aliorum, quos refert Menchaca §. 10. nu. 517. existimantium pro legitimae supplemento non actionem ex testamento, sive ex opinione hereditatis sed de condictione ex lege competere, quos refert et vincit Menchaca ubi supra.

Testamentis enim non satis provisum erat, si quidem dis-

debat ut in portione legitima filiis relinqueret aliquo in onere, §. ddi[illegible] ... oravata, quod in casu inofficiosi testamenti querella locum debat, et testamentum ut inofficiosum rescindebat, quare in nostro textu Iustinianus statuit conditionem, modum, moram sive dilationem, seu aliud gravamen quod cum legitime appositum ipso iure tolli, ac perinde haberi ac si scriptum non fuisset, ut sic testamentum valeat nec querella rescindi possit, quod prioribus sanctionibus dispositum non fuerat qui bus statutum erat legitima supplementum his praestandum quibus non in portione legitima relicta fuisset, ut ex Salicet et aliis tradit Costa in cap. si pater verbo in re certa. nu. 16. de testamentis lib. 6.

De gravamine legitime filiorum et aliorum nostri futurus est sermo, frustraneus ergo erit labor si quid sit legitima ignoremus ideo ut que dicturi sumus facilius intelligamus, aliqua circa legitimam notatu digna animadvertenda sunt.

Populi R. moribus inofficiosi testamenti querella inducta ex Donello lib. 19. comm. cap. 8. Osualdo ad eum ubi supra litt. F. Ottomano in suo institut. ... erindis p. de 4ª legitima, tria non lo. Qlitia, ut male putavit Cuiacius lib. 2. obser. cap. 21. et lib. 8. cap. 14. rete reprehensus ab Osualdo ubi supra, nec in re Praetorio, ut non recte affirmavit

Ad Xuriu lo. quoniã.

Camillus Plautius ad rubr. cod. qui admitti nec et qui vincit extractis a Bobeano in lo. 31. de bulgari fine. 4 et 5. Osualdo ubi supra filii a parentibus exheredati testamenta paterna oppugnare coeperunt petentes rescindi ut inofficiosa et quasi parentes furiosi et non sane mentis fuissent filios hereditate privando, sic pudor et verecundia parentis ledebat, hac ratione ad exemplum l.is Falcidiæ, qua quarta pars hereditatis data scripto heredi et legatis gravato ut adire hereditatem impellat, ex tit. ff. ad lo. Falcidiam introducta est portio legitima ut illi, quibus quarta legitima relinqueretur, non possent impugnare ut inofficiosa testamenta, sed quarta contenti essent. Quare in multis iuris locis appellat 4.a legitima 4.a Falcidia. lo. Papinianus. ff. 2.a § 4.a et §. meminisse. ff. hoc tit. lo. quisquis. 5. §. ad filios. C. ad leg. iuliam maiestatis. lo. quoniam nuper C. hoc tit. auth. ut luce nove constitutiones quasi in principio. colat. 5. ibi Falcidia quæ filiis parentibus relinquitur auth. de immensis donationibus in princ. colat. 7. ibi de falcidia et illius parte. Osuald. Romanus ubi supra. Pacius dicto cap. 6. nu. 29. Osualdus dicto cap. 4 lit. L 3.a Duarenus hoc tit. cap. ult. in fine Goveanus lib. 2. vari. lectionum concedentes quod legitima non ad exemplum l.is Falcidiæ, sed ex ipsa lo. Falcidia inducta fuisse.

N. 7. Neque cui mirum videri debet legitimam filiorum

ad exemplum quartae Falcidiae inductum, Falcidiam appellari,
nam hic loquendi modus non est insolens in iure, ut vi-
dere licet in quarta Trebellianica, quae in fidei commisso u-
niversali ad exemplum Falcidiae est introducta. §. sed quia
heredes. inst. de fidei commissariis hereditatibus, et ideo
Falcidia appellatur. in lo. cum filio 11. §. deinde. ff de lega-
tis i. ... titia. ff ad legem Falcidiam. observat Donellus
dicto. lib. 19. comm. cap. 4.

Portio enim haec legitima multis variis nomi-
nibus appellatur in lo. Papinianus 8. §. unde. ff hoc
titulo aliquando debitum naturale. lo. scimus 36. §. ultimo.
C. hoc titulo portio substantiae ... novissima hoc
titulo quarta debita portio. lo. si totas. C. de inofficiosis dona-
tionibus ... debitum ... bonorum subsidium. lo. siquis in
suo 33. C. hoc titulo multos et alios legitimae appellationum
congessit ... dicto. cap. 6. nu. ... Osualdus ad
Donellum dicto. cap. 4. litt. T. communiter tamen interpretes hanc
legitimam quartam non appellant testante Donello dicto cap. 4.

N. 8.

In novum quaestio est inter interpretes et antiquiores et novio-
res, quo iure legitima filiorum fuerit inducta. Concius lib. 1.
subcisivarum lectionum. cap. 3. Ribardus de authoritate pru-
dentum cap. 12. Hortensius in principio inst. hoc titulo male putant
eadem iuris parte, qua querella inducta est fuisse introductam
quartam legitimam. quorum opinio non convincit, quia querella inof-
ficiosi moribus inducta est ut supra diximus, at legitima

N. 9.

...

legibus

Ad 1a in lo. quoniam..

legibus a quibus nomen sumpsit ex traditis a Cosilicio de portione legitima cap. 4. Osualdo ad Donellum ubi supra.

N. 10. Succedunt duo adversantes inserpraeteritis opiniones affirmant alii iure civili non nati deberi legitimam filiis. Alii nati non civili, et iure civili non nati inductam fuisse defendunt relati a Suarez in praesenti limit. 2. ampl. Valdes. a lit. A. Petro Greggorio lib. 44. sintagmatis cap. 4. nu. 10. Mendoza de successionum creat. § 20. nu. 298. Fello Fernandez in lo. 1. Tauri. nu. 4. Costa in cap. si pater 3. p verbo privare non possit de testamentis lib. 6. Sarmiento. lib. 1. selectarum. cap. 14. nu. 6. et 7. Ant. Faber. de erroribus pragmaticorum decade 14. errore 3. et duade. 14. et laudati ab Osualdo ad Donellum dicto cap. 4. litt. V. qui acriter reprehendunt eos qui putant legitimam filiorum iure nati non civili deberi.

N. 11. Ex qua opinione inferunt supra relati auctores quod quia ea quae iuris civilis sunt passim abiolli, potuit et legitima filiorum lo. statuto. in toto etiam tolli. videndus Mendoza ubi supra a nu. 292. qui numero 397 affirmat lo. generali fieri posse ut pater faciat maioratum uni filiorum, nullis bonis neque alimentis relictis aliis filiis. sic defendit valere forum regni Aragonum, quo cavet

posse patrem libere exheredare filium, dum ei relinquat quinque solidos, de qua consuetudine videndi Sarmiento. dicto cap. 14. num. 9. Monterrosso. descissione. Aragonum. desci. 39. ex num. 308. et scribit Menchaca. Rodericus Suarez posse Principem de plenitudine potestatis dare licentiam patri plures filios habenti ut de universis bonis maioratum faciat siquidem et eidem potestate data refundatur, ut omnia bona sua abiciat in mare quamvis filios habeat et tandem concludit de potestate ordinaria non posse nisi causa cognita et legitima ea adsit: tunc enim his intervenientibus securum erit in conscientia principi per quam talis licentia concessit

Pro qua opinione facit quia si legitima est iuris naturalis nobilitas tolli non posset iuxta vulgare principium quo cavetur naturalia iura semper immutabilia permanere. §. sed naturalia inst. de iure naturali. sed legitimae filiorum tollitur in multis incasibus. ergo non est iuris naturalis, sed civilis, tollitur i. filia quam pater neque instituere neque exheredare tenebatur §. 1. vers. sed non ita de filiabus inst. de exheredat. liberorum et quod fortius est tollitur etiam lege divina, ut constat ex cap. 27. numerorum ibi homo cum mortuus fuerit sine filio, ad filiam transibit ad filiam. ergo cum filius habebat hoc iure divino filia hereditate privabatur, et propter relatam auctoritatem constat in dicto cap. 27. numerorum. ubi ex ea ratione petebant filiae dari possessionem inter cognatos suos quia pater earum filios masculos non reliquerat.

N. 12.

ergo tollitur

V 13.

Ad 3u iuri quoniā.

2º tollit legitima filio exheredat. paterna. auth. en. de nuptiis. §. aliud quoque capitulum et §. causas, et quod magis ē iure antiquo ferè nulla causa praecedente poterat pater filium exheredare quem poterat et occidere. l. in suis 11. ff. de liberis et posthumis neque exheredatio admittebatur iure civili aut praetorio. l. ad bona paterna. l. non putavit 7. ff. de bonorum possessionibus contra tabulas neque legitima aliqua filiis debebatur, donec introducta fuit querella inofficiosi testamenti. 3º nullam legitimam debebant filii in bonis matris ante senatus consultum Orficianum ex tit. C. et inst. ad Orficianum. 4º si iuris naturalis esset legitima iuramentum, quo filia renuntiavit eidem non esset observandum. cap. si quis. cap. inter cetera. cap. ultimo. 22. q. 4. sed tale iuramentum valet et est observandum. cap. quamvis pactum de pactis lib. 6. ergo legitima non est iuris naturalis, sed positivi civilis.

V 14.

Quibus argumentis non obstantibus vera non est superior opinio, quam non admittunt Suarez ubi supra dicta limitatione 2. anu 2. Osualdus in notatis ad Donellum lib. 19 comm. cap. 4 litt. V. nec obstat primum argumentum pro suprarelata opinione adductum, nam quamvis verum sit patrem non teneri media iurisprudentia attenta filias instituere, aut nominatim exheredare, ideo licet praeteritae fuissent testamentum valebat non ex eo dicitur legitimam fuisse sublatam filiabus, quia illae succedebant praeteritae

C. de inoff. test.

paribus iure accrescendi, si fratres fuissent instituti in testamen to, in quo praeterita filiarum continebatur succedebant filiae in virilem seu aequam portionem cum caeteris fratribus si extranei fuissent instituti, filiae praeteritae dimidiam partem auferebant hereditatis ut constat ex Vlpiano in fragmentis. tit. 22. §. scriptis. Paulo lib. 3. senten. tit. 4. §. filio. Vbi Cuiacius et Theophilus in §. 1. inst. de exheredat. liberorum. Videndus Otthomanus et Hilebenius in lo. maximum vitium C. de liberis praeteritis, sed et illam differentiam inter praeteritionem filiorum et filiarum sustulit Iustinianus in dicta lo. maximum vitium de liberis praeteritis ubi eos qui has differentias introduxerant merito appellat naturae accusatores quasi naturae accusent cur non omnes masculos generaverint.

Nec obstat difficilis auctoritas capituli 27. cui ex theologorum sententia reddendum est apud Hebreos filios tantum masculos vocatos fuisse ad possessiones trasimnas quae erant bona immobilia non filias ex eo quod voluerit Deus certitudinem familiarum conservari propter Messiam ad cognitionem veritatis, ne cum prophetae dixissent dominum nostrum Iesum Christum prius nascitum de tribu Iuda et semine David ad convincendos Iudaeos una quaeque tribus et familia habuit distinctas possessiones quae non poterant vendi in perpetuum aut alienari, ut constat ex Leuitico cap. 25. cum autem familia non possit conservari in feminis quae sunt finis familiae et transeunt in mariti familiam, et earum filii maritorum, non ipsarum nomen sumant, et sic possessio unius stirpis in aliam transibat, et

N. 15

familia

familiae continebant merito ad filias non pertinebat hereditas patris nisi indefectu filiorum, ad eos autem pertinebat, quia illi familiam patris conservant et hereditatem ad posteros transmittunt cum nomine familiae

N 16.

Non obstat 2um argumentum quo probat legitimam posse illi filio exheredato paterna aufferri. ut cum de appellatione non sit § aliud quoque capitulum, et § causas collat. 8. tenet enim filios posse paterna hereditate privari propter quatuordecim causas in dicto § causas contentas. quod ratione naturali non solo civili iure fit, namque cum filii parentibus debitam reverentiam naturali ratione exhibere teneantur. lo. veluti erga Deum religio ff de iustitia et iure. quos iure Romano velut Deos tenebant venerari. Covarruvias lib. 2. comm. cap. 13. num. 1. nali et late Solorzano de parricidii crimine lib. 2. cap. 2. pag. 10 et 100 summa cum ratione factum est ut filii erga parentes ingrati quavis ex quatuordecim causis in dicto § causas expressis possint exheredari enim ratione ingratitudinis ratione altera naturali, qua legitima debetur filiis in bonis parentum et haec, velut inferior illi superiori cedit, ut tenet Pichardo in rubrica de hereditatibus quae abintestato deferuntur nu. 6

N 17.

Nec obstat quod supra adduximus s. iure civili antiquo sine ulla iusta causa licuisse parentibus filios exheredare, et eo iure exheredatos ad bona paterna non admissos donec introducta fuit inofficiosi testamenti querella. Cui difficultati rendetur est quod licet lo. dic-

decim tabullarum permissum erat parentibus filios occide-
re lo. in suis ii. de liberis et posthumis lo. finali
C. de patria potestate. Probat Osualdus in nota-
ris ad Donellum lib. 2. comm. cap. 25. litt. A et sequen=
tibus, tamen cum patria potestas non in atrocitate, sed
in pietate consistere debeat, teste Marciano iuriscon-
sulto in lo. divus. ff. ad legem Pompeiam de parricidiis
fuit haec potestas mitioribus legibus coarctata, ita
ut patri non liceat ii filium atrociter animadvertere.
lo. 3. et 4. C. de patria potestate ex titulis ff. et C.
ad legem Pompeiam de parricidiis. lo. 3. ff. ad legem
Corneliam de sicariis, ubi in auditum filium per inobedien-
tem patri intelligere debemus. Videatur Dus Caldeira
lib. 3. variarum lectionum cap. 3.

N. 18.

Verum quia nimis restricta manebat patria potes-
tas ut filii in obsequii, et obedientia paterna contine-
rentur, licebat ad haec patri filium exheredare sine
ulla causa, ut sic venerabiliora fierent iura patriae
potestatis, et filii obsequentiores redderent parentibus ti=
mentes exheredari, si in patres deliquissent, aut
graviter peccassent. Quod eleganter expressit di-
vus Ambrosius lib. 5. epistolarum. epist. 5. ibi: usura
humanae hereditatis pecuniariae ora facit, ut vene-
rabiliora fiant iura pietatis, quia hoc quoque plus
defert parentibus ne cassa pietas patris videatur
se exheredaturum contumacis pignoris. Ex quo et Quinti=

lianu

Ad 3u. in l. quonia

liano refert Solorzano dicto lib. 2. cap. 8. quare ex heredati ad bona paterna nec prætorio nec civili iure admittebant. dicta l. non putavit 8. de bonorum possessionibus secundum tabullas, donec moribus introducta querella inofficiosi testamenti si immerito exheredarentur per parentes ceperunt paterna testamenta rescindi quasi parentes non sane mentis fuissent eos hereditate privando l. 1. 2. et 3. ff de inofficioso testamento. Quo tempore licet non iuxte exheredatis daret querella erat in iudicis arbitrio iudicare boni viri arbitratu an causa propter quam facta fuerat exheredatio esset iuxta ut recte probat Donellus lib. 6. comm. cap. 12. Postea vero quatuordecim causæ expressæ sunt in dicto aut. ut cum de appellatione § aliud quoque capitulum exstaretur ut si aliqua ex iis non adesset non posset pater filium exheredare.

Unde dici potest iura antiqua ante introductionem querellæ inofficiosi iniusta fuisse imo omnino esse summa ratione, ut filii in paterna obedientia continerentur, neque affirmari potest illis iuribus iniuriam irrogatam filiis, quos pro libito exheredare licebat parentibus, ideo enim antiquæ leges non præsumpsisse patres qui plus amare solent filios quam se ipsos leges istis quidem ff quod metus causa, iis et cum incumbentibus vitæ periculis solet comonere dignitas, ut ex Cassiodoro, et aliis tradit Solorzano dicto lib. 2. cap. 10. filios exheredaturos, nisi in

oratos de se male meritos, et iusta causa concurren-
te ad exheredat. quod et praesumebat Plato, qui sta-
tuens posse parentes filios exheredare credidit nun-
quam ea potestate abusuros testante Osualdo ad Do-
nellum dicto cap. 4. lit. D. ex quibus apparet filios
bonis debitis non fuisse privatos solo iure civili an-
tiquo sed id ius nali ratione obedientiae fundari. quare
nalis et superior vincebat aliam rationem nalis inferiorem, quae debet
portio filiis in bonis parentum.

Ex qua etiam ratione defendit Osualdus ubi supra fo-
rum Aragoniae quo cavet posse patres filios exheredare quinque
solidis relictis cuius fori argumento male affirmant Men-
chaca ubi supra. Sarmiento. dicto lib. 2. cap. 14. posse
legitimam filiorum ut pote iure civili introductam lege civili
seu statuto in totum tolli, item forum ratione nalis fundat
obedientiae videlicet erga parentes, quod non viderunt prae-
dicti Meneza cum Sarmiento.

Non obstat 3.um argumentum quo dicebamus ante sena-
tus consultum Orficianum non habuisse filios legitimam in bo-
nis matris quo etiam praecipuo argumento movetur Ant.
Faber ubi supra ut sit legitima filiorum iuris
civilis, ideo in totum tolli posse lege statuto, quia
ret quod licet filii ab hereditate materna excluderentur
lege duodecim tabularum ex ea ratione, quia non erant
sui heredes Ulpianus in fragmentis tit. 26. §. 7.
tamen alio iure vocabantur ad hereditatem maternam

Praetorio

N. 20.

N. 21.

Pretorio. s. et 4.º unde cognati ut constat ex prio inst. ad Tertillianum, pretor enim equitate motus eos admittebat lo. 2. ff unde cognati. Petrus Gregorius lib. 45. sintagmatis cap. 2. Canu. 3. Osualdus ad Donellum lib. 9 commentar. cap. 2. litt. A. donec latus est senatusconsultum orficianum sub Marco Aurelio Philosopho et Comodo eius filio anno 181. velut testatur Pontanus, qui legitima defert filiis in bonis matris. Petrus Gregorius et Osualdus ubisupra Ant. Augustinus de legibus et senatus consultis ad senatus consultum orficianum pag. mihi 207.

N. 22.

Non obstat ultimum argumentum de pactis lib. 6. cui respondet Costanus ubi supra cotum filia ob inire locum legitima prohibentis. lo quoniam novella C. hoc 4.º et filia dote affecta licet modica renuntiasse ius iuramento hereditati paterna, ac proinde cum non renuntiaverit intoto legitima, sed quo ad legitima iuramentum observandum, siquidem legitima debetur iuris natis, non ut quo ad legitimas, ut infra dicemus ex quibus satis factum manet fortioribus argumentis opinantium legitimam iure civili inductam fuisse aliis rent. Suarez in presenti limitatione 3. Costanus et Osualdus ubisupra

N. 23.

Videamus nunc de altera opinione 3.ª ria quia filiorum legitima. Suarez ubisupra. Donellus dicto lib. 19 commentar. cap. 4. Hildenius lib. 1. observationum. obser. 122. Cataiius novella 18. Baldus in §. penale. inst.

Soc. 4º. Molina lib. 1. de Hispanorum primogenitis cap. 1. nu. 16. Rojas de successionibus ab intestato. cap. 4. nu. 7. Covarruvias et alii, quos referunt et sequuntur Valdes ad Rodericum Suarez ubi supra litt. ... Ibi ... in rubr. inst. de hereditatibus quae ab intestato. nu. 61. affirmant legitimam deberi filiis in bonis parentum iuris naturalis errore ... ideo recte dici legitimam quoad substantiam esse iuris naturalis quoad vero seu quantitatem legitimam esse iuris civilis, quia constiterit quantitas legitima finita aut taxata est. Videndi Suarez et Molina ubi supra, qui hanc opinionem quam veram esse censent, probant ex tex. in l. scripto heredes. ibi liberis et non simul et parentum esse votum ff. unde liberi. l. cum ro. ff. de bonis damnatorum.

2º Hanc sententiam probant ex cap. ius naturale 1ª dist. ibi ut viri et feminae coniunctio liberorum successio et educatio. Quam opinionem licet in se veram non probat ille textus, nam illa verba liberorum successio non debent intelligi de successione hereditaria, sed de successione per carnis propagationem quod notavit glosa ibi verbo successio. Item Baeza lib. 2. de successionibus creat. §. 20. nu. 301. et apertius comprobat ex eo quod ille textus desumptus est ex divo Isidoro lib. 5. ethimol. cap. 4. ubi in probatis codicibus non legitur liberorum successio sed liberorum susceptio, alias enim male ante procreationem et educationem liberorum collocaret successio hereditaria. Opinionem igitur Suarez, Donelli, Molinae, Paci et aliorum ulteriori retenta quae-

N 24.

N 25.

licet

licet non probet in dicto capite ius naturale. Probant ex iuribus supra allegatis et ex iis quae adducunt doctores dictae sententiam sequentes.

1.º infert non posse legitimam filiorum lege civili statuto interim tolli, quia cum legitima quo ad substantiam sit iuris naturalis, et illud ius immutabile sit nulla lege civili tolli poterit, sed lex quae tolleret, nisi compensatione faceret filio in alia re, quae suppleret vicem legitimae esset contra leges divinas canonicas et civiles ex quibus apparet cavendum esse a ... miento Menchaca, Tello Fernandez, Antonio Fabro ... aliis affirmantibus legitimam iure civili lege seu statuto interim tolli posse.

N 26

2.º infert illam clausulam, quam in multis facultatibus maioratum se vidisse testatur Suarez in praesenti limitatione 2. nu. 14. Doos licencia y facultad para que de todos vuestros bienes o de qualquier parte de ellos podais hacer e hagais mayorazgo en uno de vuestros hijos qual quisieredes e por bien tubieredes iniustam fuisse et ... consulentis et concedentis onerosam, cum adversetur iuri naturali quod a Principe tolli non potest. Suarez ubi supra. Gregorius Lopez in lege 32. verbo no baldria. 4.º 9. parte ... Molina lib. 2. de primogeniis cap. .. nu. 24. ubi ... recte affirmat neque principes et eius consiliarios talem ...

facultatis concedentis ut s. possit pater quamvis plures filios habeat uni maioratus facere de universis bonis nec patris ea facultate utentis tutos ee in conscientia, licet alii filii divites sint quibus eis legitima relinquere tenet ut tradit idem Molina dic to lib. 2. cap. 15. nu. 24. qui in dicto cap. 1º. nu. 25. scribit nunquam tales facultates regias fuisse, sed maois credendis e Rodefrico Suarez qui se vidisse affirmat. cui assentire videt Gregorius Lopez ubi supra ibi damnat consuetus clausulas dicendas. Perez de maioratibus 1ª parte q. 93. nu. 14. Molina Theologus de iustitia tract. 2. ds p. 178. nu. 5.

3º infert non ee verus doctrina ferdinandi Menchaca dicto lib. 2. de successionis creat § 20. nu. 307. Cuius meminimus supra dum scribit posse Principe in totum tollere legitima filiorum qui postea nu. 308. intelligit de plenitudine potestatis, non vero de potestate ordinaria. Qua opinio convincit ex eo q. licet Baldus in lo. digna vox C. de legibus Angelus in lo. Princeps. ff eodem et alii putent differentia constituendam inter potestates Principis absolutas et ordinarias verius e non dari in Principe absolutas potestates nisi in tyrano ut ex Soto lib. 4. de iustitia et iure q. 4. art 1. adducit Morla in emporio iuris 4º 1. q. 1. nu. 7. unde merito quam plenitudinis potestatis appellant DD. aliqui plenitudinis tempestatis dicunt. Aimon cravetta de antiquitate temporum 1ª parte § non omitto. nu. 4. Antonius

N 21.

Ad tex in lo quoniam

Besaurus in decisionibus Pedemontanis decisione 9 nu. 1. Ant. faber in iurisprudentia Papinianea tit. 1. prio 2. computatione 3. et in eodem tit. prio 2. comp. 2. Osualdus in notatis ad Donellum lib. 5. comm. cap. 3. litt. A. qui recte affirmant non posse principem privato quaesitum sine legitima causa adimere non posse [...] intotum tollere legitimam, quoad filios pertinet, et iure nati et civili multo minus iubere, ut pater quis filios dicat bona sua in mare abiiciat ut [...] putavit Menchaca dicto nu. 308.

4° infert quod diximus legitimam filiorum lo. statuto, seu consuetudine intotum tolli non posse limitandum esse quando filii sint aliunde alimenta competentia ex quibus ali possint, tunc enim recte poterit lex, statutum seu consuetudo intotum tollere legitimam, nam quod dicitur legitimam deberi filiis iure nati, intelligendum est si aliunde non habeant alimenta competentia, Palatio Rubios, Covarrubias et alii quos refert et sequitur Molina dicto lib. 2. de primogeniis cap. 1. nu. 23. Matienzo in lo 2. glosa 1a nu. [...] tit. 7. lib. 5. recopilationis.

N 22

Quod tamen observandum in Principe, qui quamvis filii habeant aliunde competentia alimenta non poterit rescripto tollere intotum legitimam, videndus Molina ubi supra qui rationem diversitatis tradit et Molina theologus de

N 23

iustitia et iure tr.u 2. disp. 578. qui alterus Molinam sequitur, sed aliq. rones diffre tradere se affirmat, quae si bene inspiciat tradita fuit a nro Molina dicto cap. 1. nu 23. nam ipsius in nu 14. constat aperte loquens quando filius aliunde non debeat alimenta competentia, quo in casu legitima deberet filiis iure nali nec ipse Molina secus neoat.

Si infert quod quamvis legitima quando filii non sent unde ali possint non possit in totum tolli. lege statuto seu consuetudine, poterit tn minui, quia cum quantitas legitima lege civili ut diximus taxata sit, et per alia lege civili statuto s. consuetudine minui. Suarez in praesenti limite 2. anu 1. Gregorius Lopez in lege 32 tit 9. part. 6. in glosa magna in principio. Ant. Gomez in lege 40. tauri nu 54. Cobarrubias de sponsalib. 2 p. cap. 8. §. 6. nu 4 et 5. quos sequitur Molina dicto lib. 2. cap. 1. nu 14. quod intelligendum e dummodo supersint filiis alimenta competentia

N 30

Quod etiam procedit in Principe qui rescripto poterit minuere legitimam filiorum et dare facultatem patri ut instituat maioratum uni filio, dummodo relinquat ceteris competentia alimenta et filiabus dotes sufficientes considerata personarum ac patrimonii qualitate, quamvis alimenta et dotes sint minus legitima, ut quotidie concedunt a Rege facultates ad maioratus constituendos sub hac clausula. Contanto que

N 31.

dias

Ad tex. in leg. quoniã.

aias de dexar y dexeis a los otros hijos y hijas que
aora teneis y tubieredes de aqui adelante en quien no su
cediere el dicho maiorazgo alimentos aunque no sean en to
ta cantidad quanta les podra venir de legitima. De
qua clausula agit Molina lib. 2. de primogeniis. cap.
15. nu. 5. et 29. qui nu. 41. cautius eẽ asserit si in
facultate Regia assignet certa quantitas alimentorum
pro ut sæpe fit ne in taxatione innumera oriantur li
tes, et nu. 42. filiis incestuosis, spuriis et natalibus prę
standa eẽ alimenta ad quos facultates maioratus eum ius
tificandos, et minutionem legitimæ sufficiens ẽ causa publi
ca quæ versat in institutione maioratuum, nec alia
causa extra quærenda ẽ ut defendunt Gregorius Lopez
in dicta leg. 32. tit. 9. part. 6. glosa magna in principio.
Menchaca lib. 2. de successionum creat. §. 20 nu. 316.
Molina dicto lib. 2. cap. 1. nu. 26. Matienzo in leg. 1.
glosa 1.ª tit. 7. lib. 5. recopilationis Molina theolo
gus dicta disp. 518. nu. 5. qui quamvis in hoc regno sæ
in praxi obtinere fateat solere hos Catholicos Re
ges has facultates adminuendã legitimã concedere se. id
non consulere Regibus affirmavit cum in nostro reg
no possit pater de tertio et 5.º bonorum uni filio maio
ratum facere sine alia nova licencia Regia. Pro.

Pro huius 2.ª animadversionis coronide observandum est quod quivis pater uni filio maioratum instituens non relinquat aliis filiis alimenta competentia, et filiabus sufficientes dotes non ex eo poterunt filii et filiae dicere nullum maioratum nec nullum pronuntiabitur, sed substinebitur, et ex bonis ipsius praestabuntur alimenta et dotes competentes, pro quibus agi poterit a fratre maioratum posse sorum quod etiam procedit quando filiis et filiabus reliquit pater, pro dotibus et alimentis bonaque postea edita fuerunt, tunc enim etiam substinebitur primogenitus si ipsis filiis alia bona pro dotibus et alimentis praestabuntur ut multis rationibus et auctoritatibus defendit Molina dicto lib. 2. cap. 15. anu 24. usque ad 35. Suarez in praesenti limitatione 2. qui nu. 10. scribit ita multoties practicari vidisse in Regia Cancellaria.

N. 32.

3.º animadvertendum est frustra alteros de gravamine legitima, nisi sciamus quanta fuerit olim, et hodie legitima filiorum, ut ex eo an gravata sit cognoscamus, iure igitur digestorum et codicis legitima filiorum fuit 4.ª pars bonorum parentum. l. Papinianus 8. §. quemadmodum et §. 4. ff. de inoff. test.º l. omnimodo cum quaerit 6. l. si parentibus 8. C. eodem. cuius 4.ª partem relinquere tenebatur pater filiis, de aliis poterat tribus videlicet libere disponere postea autem Authenticorum iure ffrum et C.is iure immutato, aucta est legitima liberorum et sancitum patrum qui

N. 33.

omnes

vnus duos vel s. quatuor filios haberet ex asse i. duode
cim vnciis in quas dividebat hereditas trientem i. qua
tuor vncias filiis relinquere teneri ita vt ex tribus par
tibus vnam filiis daret, si vero plures quam 4or filios habe
semissem, i. sex vncias, quae erant dimidia pars here
ditatis filiis praestaret. auth. de triente et semisse §.
1. et 2. auth. novissima de tit. quod Iustiniani consti
tutio licet ratione alienam putet Ant. Faber de erro
ribus pragmaticorum decade 11. errore 9. quia rationi ma
gis congruebat vt quo quis plures filios haberet minorem
singuli portionem pro legitima consequerentur defendi
posse ex eo quod id concessum fuit multitudini filio
rum, cui maxima iura fabent Christophorus Beccius de portione
legitima cap. 6. in fine quem refert Osualdus in nota
tis ad Donellum vbi supra.

